

QUESTIO XXII.

De quatuor Prophetis majoribus cum Baruch.

SUMMARIUM.

- 394 Quatuor Prophetæ majores Canonici sunt
- 395 Isaias Prophetæ Evangelicus Martyr occubuit.
- 396 Scripsit suum librum; Canticum autem est Ezechie Regis.
- 397 Jeremias mortuus lapidatus.
- 398 Auctor sui libri, & aliorum, qui non extant.
- 399 Ezechiel non est Pythagoras, sed vir Sanctus, & Martyr.
- 400 Scripsit suum librum, & alterum, quem non habemus.
- 401 Daniel vir Sanctus, & Martyr habitas.
- 402 Scriptor sui libri, & historia Draconis, & n. 403.
- 404 Baruch Auctor Canonici, & num. 405. 406. & 407.
- 408 Auctor sui libri Baruch, & n. 409.

349

Quatuor sunt Prophetæ Majores, scilicet Isaias, Jeremias, Ezechiel, & Daniel, quorum libros esse Canonicos definitum est in multis Conciliis, Carthaginensi, Tridentino, Florentino; quod etiam Hæretici fatentur, & multi, ut Lutherus, Calvinus, & alij commentantur ut Isaiam, Jeremiam, & alios.

Trident. Florent.

Isaias.

395

Cum Isaias valde sublimè, & altè, ac ad vivum explicat omnia Christi mysteria, dictus est Prophetæ Evangelicus; unde ait D. Hieronymus in Prologo, *Qui Isaiam legerit, versari se putet in Evangelio.* Floruit circa annum mundi 3137. ante Christum natum pene 813. sub Manasse Rege; ferra dissectus est à capite, ut tradunt D. Dorotheus, D. Epiphanius, D. Isidorus in vita Isaiæ. D. Hieronymus lib. 15. in Isaiam. D. Chrysostom. epistol. ad Cyriacum, & de eo sic habet Martyrolog. Romanum. 6. die Julij: *In Judæa sancti Isaiæ Prophetæ, qui sub Manasse Rege sectus in duas partes occubuit,* & D. Justinus in Dialog. contra Tryphonem, & Tertullian. lib. 3. contra Marcion. Sertam fuisse ligneam, ut tormentum esset prolixius, & crudelius, dicunt.

Salianus. Dorotheus. D. Epiph. D. Isidor. D. Hieron. D. Chryf. Martyrol. Romanum. D. Justin. Tertullian.

396

Auctor est sui libri seu Prophetiæ, ut initium ipsius libri demonstrat, dicens: *visio Isaiæ Prophetæ filij Amos & maxime dubitatur an Canticum illud, quod habetur cap. 38, Ego dixi in dimidio dierum meorum, decantatum pro sanitate Regis Ezechie, cum convalesceret: An pronuntiatum fuerit ab ipso met Regi, vel ut aliqui volunt, an ab ipso Isaiâ, in persona tamen Regis; Primum mihi videtur probabilius, tum ex stylo, tum Titulo in ipso cap. 38. n. 9. ubi dicitur, Scripsit Ezechie Regis cum agroasset, & convalesceret ab infirmitate sua; & in le Arias Montanus arbitrat, jussu Ezechie hujus canticum varia*

Titulus. Cantici.

Arias.

exemplaria missa fuisse per varias regiones, ut notitia, ac memoria tanti beneficii ad omnes perveniret: Cumque Isaias Regis mortem, ac sibi eam denunciat, inde Propheta narrans hanc historiam, ejus Canticum inter sua scripta apponit.

Jeremias.

Præclarissimus Prophetæ, in utero matris sanctificatus, de quo ait D. Hieronymus in Prologo, *Virginitate sua Evangelicum vinum Christi Ecclesie dedicans.* Cum in Egyptu esset delatus, & prædixisset mortuū Regem Egypti Pharaonem, qui dicitur est Epree, vel Vapree, à suis lapidatus, ut communiter testantur Sancti Patres, D. Hieronymus, Tertullianus, Dorotheus, D. Epiphanius, & alij: & testatur Martyrol. Romanum. die Maij: *In Egypto Sancti Jeremia Prophetæ, qui à populo lapidibus obrutus apud Taphnas occubuit.* Quod contigit anno mundi 3448. ante Christum natum 605. apud Salianum ibi n. 15.

397 Jerem. 32. D. Hieron.

Jeremias scripsit librum suæ Prophetiæ, ut patet ex ejus exordio, *Verba Jeremiæ filij Helcia, &c.* Quem librum ipso Jeremia dictante scripsit Baruch ejus Amantissimus, ut patet ex cap. 22. num. 4. Aliud volumen scripsit Jeremias, quem per Sariam misit in Babyloniam, dicens ei, ut librum legeret in Babyloniam, *Cumque compleveris legere librum istum, ligabis ad eum lapidem, & projecies illum in medium Euphratem, dices: sic submergetur Babylon, & non consurget.* cap. 51. num. 63. Et ut notat Sanchez, *ibi,* quamvis non habemus expressè ea, quæ in illo libro continebantur, tamen erat de ruina, ac devaluatione Babylonis, quæ habentur cap. 51. & 52. Fecit etiam libros de emptione cujusdam agri, ad quos juxta multos alludit D. Marth. 27. n. 9. & præcepit Baruch: *Sume libros istos & pones eos in vase fictili, ut permanere possint diebus multis.* Jerem. 32. cap. 32. v. 14. Et quamvis sciamus materiam libri, quæ erat de emptione, stylum, & formam ignoramus. Composuit super mortem Josiæ multas lamentationes, 2. Paral. 35. n. 25. quas Threnos esse diximus supra. Tertium aliud volumen Jeremiæ, de abscondito igne, tabernaculo, & arca, & præceptis, quæ dedit transmigrantibus in Babylonem, tantum habemus notitiam ex his, quæ scripta sunt, 2. Machab. cap. 2. num. 2.

398

Jerem. 32.

Jerem. 32. Sanchez.

Marth. 27.

Jerem. 32.

2. part. 35.

2. Machab. 2.

Ezechiel.

Fuit vir præclarissimus, & relicta fabella eorum, qui dixerunt Ezechielem fuisse Pythagoram, ut refert Clemens Alexandr. lib. 1. Stromatum. quoddam est plerumque falsum. Nam Ezechiel erat ex Judæis Israëlita; Pythagoras ex Samo Insula prodit, & Græcus erat; Deinde docuit transmigracionem animarum de uno corpore in aliud, non solum hominis, sed etiam bestiarum, quod expressè repugnat cum his, quæ Ezechiel ex divino oraculo clamavit de anima ad sua ossa ad carnem redeunt. cap. 37. Ezechiel fuit vir sanctissimus, ac gloriosus Martyr, de eo ait Martyrolog. Romanum die 10. Aprilis: *Ezechielis Prophetæ, qui à jussu populi Israel, quod cum de cultu idolorum argueret,*

399

Clemens.

Ezech. 37.

Martyrol. Roman.

argueret,

argueret, apud Babyloniam interfecit. Quod contigit ad annum mundi 3462. ante Christum natum 695.

400.

D. Isidor.

Auctor fuit libri, qui sub ejus nomine fertur. Unde id, quod aliqui dixerunt, inter quos est D. Isidorus lib. 1. etymolog. cap. 6. & 1. de officiis, partem hujus libri scripsisse viros doctos ex Synagoga, nullum habet, nec ad hoc assignatur fundamentum, præter hunc librum quem præ manibus habemus. De alio illius libro testatur Tertullianus lib. de carne Christi, cap. 33. contra Valentinianos, *Legimus, inquit, apud Ezechielem, de vacca illa, qua peperit, & non peperit.* Quod si talis liber verus est, & de B. Virgine loquitur juxta D. Epiphanius lib. 1. contra hæresim Ebionitarum, ac Clementem Alexandrinum lib. 7. Stromatum. *Peperit verum filium Christum Jesum nostrum Salvatorem: non peperit ut alia mulieres, ex virili semine, ac cum dolore.*

Tertullian.

D. Epiph.

Daniel.

401.

Pinto. Pereira.

Vir magnus, & præclarus quem communiter Expolitores Pinto, Benedictus Pereira, Martyrem dicunt, & appellant, qui ob cultum, & Dei venerationem bis missus est vivus, integro, ac generoso animo in lacum leonum, ut ab ipsis devoraretur, cap. 6. n. 16. & cap. 14. num. 30. & tamen divina virtute liber evasit, sicut Joannes Evangelista Romæ missus est in ferventis olei dolium; quo Dei gratia illusus exivit, & tamen ut verus Martyr ab Ecclesia veneratur, quia si Martyrium defuit, voluntas non defuit, quod eodem modo possumus dicere de Daniele. Ipse floruit anno mundi 3472. ante Christum natum 581. juxta Salianum n. 17.

Salianus.

402.

Cap. 8.

Cap. 91.

Porphyr.

Ezech. 14.

Convenient omnes Catholici, quod Daniel Prophetæ sit Auctor sui libri, ut expressè patet ex multis locis cap. 8. numero 1; ait anno tertio Regis Baltasar, visio apparuit mihi. Et rursus cap. 9. numero 2. Anno uno Regni ejus, ego Daniel in ellexi in libris numerum annorum. Nec obstat id, quod objicit Porphyrius, qui post Anabaptistas, negat hunc librum esse à Daniele Prophetæ Sancto, sed ab alio ejus nominis: nam Ezechiel 14. numero 14. *Quod si fuerint tres viri isti Noë, Daniel, & Job, ipsi iustitia sua liberabunt animas suas; filios autem, & filias suas non liberabunt.* Atqui Daniel Prophetæ fuit Virgo, & Eunuchus, & non habuit filios; ergo alius est diversus ab isto. Facile respondetur: *Non liberabunt filios, & filias, esto eos habuissent.*

403.

Eusebius. Apollinar.

Septuag.

Difficultas tamen est de historia Belis c. 14. Nam Eusebius, & Apollinaris junior volunt esse partem cujusdam historiæ seu Prophetiæ, quam de alio quodam sacerdote filio Abda, Abacuc filius Juda, de Tribu Levi desumpserat. Quod confirmatur ex titulo in historia Belis apud Septuaginta, qui ita habet: *Prophetia Abachum filij Juda & de Tribu Levi.* Et post libri titulum historia sic incipit: *Homo quidam fuit Sacerdos, nomine Daniel, filius Abda, conviva Regis Babylonis.* Atqui Daniel Prophetæ, nec fuit filius Abda, nec Sacerdos; ergo Auctor, seu Scriptor illius historiæ est alius.

Sylveira. Opuscula.

Respondetur. Primum, quod ille titulus in nostris Bibliis non habetur, & licet admittantur verba Septuaginta, optimè congruunt omnia Danieli: nam dicere possumus patrem Danielis duo nomina habuisse pro more multorum Hebræorum. Deinde non obstat, quod Daniel dicitur Sacerdos, quia ipse princeps fuit in aula Regis, & invenimus multoties in Scriptura, aulicos, & principes Sacerdotes vocari 2. Reg. 2. Reg. 8. gum 8. n. 18. *Filii David Sacerdotes erant,* cum tamen essent ex Tribu Juda, dicebantur tamen Sacerdotes, non quia sacra conficerent, sed quia principes, ac præcipui in aula erant 2. Reg. 2. Reg. 20. n. 26. dicitur: *Ira autem Jairites erat Sacerdos David, Chaldaus tunc erat princeps.*

404.

2. Reg. 8.

2. Reg. 2.

2. Reg. 2.

Baruch.

De Baruch, ejus librum cum epistola Jeremiæ cap. 6. negant esse Canonicum Calvius, Kemnitijs, & alij novatores, & etiam Catholicis, Driedo, lib. 1. de script. cap. ultimo, videntur in hanc sententiam inclinare Lyranus, & Carthusianus. Probat primò, quia D. Hieron. in Prologo Galeato, D. Gregor. Nazianz. in Carm. D. Damascen. lib. 4. de fide, cap. 18. Recentiores libros Canonicos, Baruch omittunt. Secundò, quia non habetur in Canone Hebræorum: Tertio, Hebraicè non invenitur scriptus, ut testatur D. Hieronymus, phrasis ipsa Græca est. Quarto, quia cap. 6. n. 2. dicitur: *Eratis ibi septem generatione,* hoc est, ut communiter locus interpretatur Septuaginta annis juxta vaticinium Jeremiæ cap. 25. num. 11. valde alienum est à phrasi Hebræa, ut generationis nomen pro decem annis sumatur.

405.

Calvius.

Driedo.

Lyran.

Carthul.

D. Hieron.

D. Damasc.

Baruch. 6.

Jerem. 25.

Dicendum est, librum Baruch, & epistolam Jeremiæ quæ hujus libri est pars, esse Canonicum. Ut talis à Conciliis, ac sanctis Patribus recipitur, ac veneratur: à Laodiceo Concilio Canon. 60. juxta translationem Herveti, & à Florentino, Tridentino, sess. 4. Patres communiter, D. Cyprian. D. Hilari. D. Cyrilli. Alexandr. D. Gregor. Nazianz. & Nyssenus, D. Ambros. & alii multi quos citat, & maxime laudat Bellarm. lib. 1. de Verbo Dei, cap. 8. & D. Athanas. disertis verbis, Baruch inter Canonicos reponendum probat Gretserus lib. 1. defens. cap. 8. §. quarto respondens, videndus est Coccius tom. 2. Theauri Catholici, lib. 6. art. 11.

406.

Trident.

Hervet.

D. Cyprian.

D. Hilari.

D. Cyrilli.

D. Nazian.

Bellarm.

D. Athanas.

Gretserus.

Coccius.

Nec argumenta opposita vim aliquam habent. Patres recentiores libros Canonicos, Baruch omittunt, quia eum sub nomine Jeremiæ comprehendunt, & sæpè Patres referentes testimonia ex Baruch, ea Jeremiæ nomine allegant, ut videre est in multis locis adductis, ac allegatis à Cano lib. 2. Cano. de locis cap. 11. ad primum. Ad secundum argumentum dicimus, multos libros esse in Canone Christianorum, qui non fuerunt in Canone Hebræorum, ut sunt libri Machabæorum, Tobie, Judith, Ecclesiastici, Sapientie. Baruch autem, ut testatur D. Hieronymus Prologo in Jeremiam, liber autem Baruch hebraicè scriptus, licet originale intercederet, & ejus phrasis methodum, ac modum loquendi hebraicè redolet. Ad tertium dicimus, quod si aliquid probat, probat etiam, quod liber nec Græcè fuerit scriptus

407.

2. Cano.

Hebraicus.

D. Hieron.

F ptus

pius, quia tam apud Hebræos, quam Græcos, generatio non sumitur pro spatio decem annorum; dicimus, quod generationis nomine intelligitur longum temporis spatium, ut ex multis probant Villalpandus tom. 3. in 1. de urbe lib. 3. cap. 1. Fr. Anton. à Matre Dei in *Isagoge Præluvio* 1. dub. 12. n. 254.

408. Baruch fuit vir nobilis, ac nobilissimæ familiae, ut testatur Iosephus lib. 10. *Antiq.* cap. 11. Fuit socius, ac Amanuensis Ieremiæ, ut patet ex *Ierem.* 32. num. 12. & 13. ex quo omnes Patres colligunt Sapientiam, virtutem, patientiam, ac probitatem Baruch. Fuit etiam Propheta, utpote Auctor sui libri, ut statim dicam. Floruit ad annum mundi 3430. ante Christum natum 623.

409. Graves Patres tenent Baruch non esse Auctorem libri, sed tantum Scriptorem, qui scripsit ea, quæ Ieremiæ dictavit. Et probant, quia alij Prophetae incipiunt *visio Isaiæ*, aut alio modo, *verba Ieremiæ*. At aliter Baruch, *Et hæc verba libri, quæ scripsit Baruch*; ergo ipse non est Auctor libri, sed tantum Scriptor. Tamen quod ipse sit Auctor libri docent D. Athanasius *quæst.* 36. ad *Antioch.* & etiam in Concilio Ephesino, D. Hieronym. D. Cyrillus Alexandrinus, & alij plures, & hoc indicat Titulus appositus in Biblia, *Liber Baruch*: quo nomine inter libros Canonicos recensetur à Concilio Tridentino, & Florentino, quod autem ita inceperit, *Hæc verba, quæ scripsit Baruch*, Optime Eusebius Nierenberg. hoc refert ad humilitatem Baruch, qui noluit dicere sibi visionem factam; & idem non ait, à quo illa scripta acceperit, sicut exprimit de epistola Missa à Ieremiæ, quæ refertur toto cap. 6. unde omnia ibi contenta sunt ex Ieremiæ.

QUESTIO XXIII.

Quisnam Auctor Prophetarum minorum sit?

SUMMARIUM.

- 410 Magna auctoritas Prophetarum minorum.
  - 411 Dicuntur minores in brevitate scribendi, cum sint æquales in magnitudine revelationum.
  - 412 Omnes ab antiquis repositi sunt in uno volumine.
  - 413 Catalogus duodecim Prophetarum Minorum, notatis aliquibus circa unumquemque in particulari.
  - 414 An hi Prophetae Minores aliquid amplius scripserint, præter suas prophetias.
  - 415 De tempore, ac ordine, quo scripserunt.
- 410 Circa præclaram auctoritatem Prophetarum Minorum duo maxime notanda sunt. Tanta est eorum auctoritas, ut nullum viderim, aut legerim Scriptorem, etiam ex Hæreticis, qui eorum Canonicam auctoritatem deneget, vel etiam qui eorum libros

aliis Auctoribus adscribat, nisi tantum ipsimet Prophetis, prout sua præfixa nomina habentur in Biblia.

Dicuntur Minores duodecim Prophetæ; minores per respectum ad quatuor; & hi dicuntur minores ob sermonis breviter, & quia pauciora, ac strictius scripserunt; non tamen sunt minores in gravitate sententiarum, excellentia mysteriorum, ac magnitudine revelationum, ut notarunt D. Augustinus lib. 18. de Civitate Dei, cap. 19. Rufinus *Præfatione in Oseam*, D. Cyrillus Alexandrinus, Theodoretus, Rupertus in *Præfatione ad ipsos*: ex quo ait D. Hieronymus *Præmio in epistol. ad Philem.* Si brevitas habetur contempti: contemnatur Abaias, Nabum, Sophonias, & alij duodecim Prophetæ, in quibus tam mira, & grandia sunt, quæ feruntur, ut nescias urum breviter sermonum in illis demerari debeas, ac magnitudinem sensuum.

Et quamvis unusquisque ex his duodecim Prophetis singillatim, ac separatim sua vaticinia scripserint; tamen antiqui Hebræi Auctore Elfra sub Artaxerxe Longimano, ut refert Genebrardus in *sua Chronologia initio sua aratis*, duodecim Prophetarum vaticinia in uno volumine comprehenderunt, quos secutus est Iesus Syracides *Ecclesi.* 49. num. 12. dum omnes duodecim Prophetas sub uno commendat elogio dicens: *Duodecim Prophetarum ossa pullulant de eo loco suo.* Quamvis mortui, ut explicant Iansenius, Jansen. & alij Commentatores, eorum ossa, seu officula pullulant, & clamant adventum Christi Iesu veri Messie, ac filij Dei, clamant, & prædicant eorum eximiam virtutem, ac sanctitatem, qua meruerunt à Deo tot, & tantis revelationibus illustrari, ut ait D. Dorotheus in vita Prophetarum.

Primus Oseas, Isaiæ coævus, cujus illa magna est laus, quod ipse ante Isaiam, ac alios Prophetas, vaticinatus est, suaque vaticinia scriptis dedit. Sic ipse ait cap. 1. num. 2. *Principium loquendi Domino in Osee*; id est, Dominus primo ante alios Prophetas, locutus est ipsi Osee. Ita explicant D. Hieron. Rupert. Haymo, Vatabl. Albert. Magn. Cardinalis Hugo, D. Basilius, & Rufinus. in cap. 1. Isaiæ. Oseas ex radice Hebræa, ut notant Interpretes. Idem est, ac Salvator, ipsum inter Sanctos adscribit Martyrol. Rom. die 4. Julij Floruit anno mundi 3227. ante Christum natum 826.

Secundus Joel, qui prophetavit tempore Osee, & ex radice Hebræa, ut notat Sanchez. Idem est, ac latius Dei, seu Deus aperiens, quia cap. 3. prophetat secundum Christi in Valle Iosaphat adventum in ultima die iudicij proferens sententiam damnationis in reprobos, & electionis ad gloriam in bonos; & cum inter Sanctos numerat Martyrol. Roman. die 17. Julij. Floruit cum Osea anno mundi 3227. ante Christum 826.

Tertius Amos, id est oneratus, de cujus Martyrio facit mentionem Martyrol. Rom. die 31. Martij, de quo testatur D. Isidorus lib. de vita, & obitu Sanctorum, cap. 43. D. Epiphanius lib. de vita, & interitu Prophetarum, cap. 12. Divus Dorotheus in *Synopsi*, cap. 2. & Divus Cyrillus in *Præfatione* sub Amasia Rege contritos esse Prophetas

411 D. August. Rufin. D. Cyrill. Theodoret Rupert. D. Hieron. Genebrard. Ecclesi. 49. Jansen. Osee. 1. D. Hieron. Rupert. Aymon. Vatabl. Albert. Mart. Rom. Sanchez. Martyrol. Roman. die 31. Martij. D. Isidorus lib. de vita, & obitu Sanctorum, cap. 43. D. Epiphanius lib. de vita, & interitu Prophetarum, cap. 12. Divus Dorotheus in Synopsi, cap. 2. & Divus Cyrillus in Præfatione sub Amasia Rege contritos esse Prophetas

tes, & tamen edestulus Dei laudes prædicat. Cæpit vaticinare anno mundi 3248. ante Christum 805.

Quartus Abdias, quem Divus Dorotheus, D. Epiphanius citati dicunt fuisse discipulum Eliæ. Uno tantum capite suum vaticinium comprehendit, quo circa de eo ait Divus Isidorus libro Allegoricæ Scripturæ Abdias, id est servus Domini, inter omnes prophetas brevior numero verborum, sed gratia mysteriorum æqualis. De eo facit mentionem Martyrol. Romanum die 14. Junij, & 19. Novembrii. Floruit anno mundi 3255. ante Christum 798.

Quintus Jonas, cujus hæc est præclara excellentia, quod inter omnes Prophetas ipse singulariter fuerit figura, ac umbra Christi Domini ex ore ejus dicentis: Sicut fuit Jonas in ventre Ceti, tribus diebus, & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terra tribus diebus, & tribus noctibus. Matth. 12. num. 40. unde ait Divus Augustinus lib. 18. de Civitate Dei, cap. 30. Jonas non tantum sermone, quam sua quadam passione prophetavit: profecto aperiens, quam si ejus mortem, & resurrectionem voce clamaret. De quo multa dixi tom. 3. cap. 24. quæstione 12. 13. 14. Inter Sanctos inscribitur à Martyrologio Romano die 13. Julij. Ejus historia, ac prædicatio refertur ad annum 3212. ante Christum 841.

Sextus Micheas, Cujus Martyrium testatur Martyrol. Roman. die 15. Januarij, in quo ita legitur: In Judæa Sanctorum Habacuc, & Micheas prophetarum, quorum corpora sub Theodosio seniore divina revelatione inventa. Quod etiam habet Menologium Græcorum de qua revelatione faciunt mentionem Sozomenus, Cassiodorus, & alij relati à Baronio in notis ad Martyrol. Divus Epiphanius de vita Prophetarum, quod cum Micheas argueret Regem Achab de sua idololatria à filio ejus Ioram ex alto loco præcipitatus, occubuit. Theophilus inquit, quod gladio occisus, anno mundi 3290. ante Christum 767. Salianus n. 2.

Septimus Nabum, cujus nomen, teste Divo Hieronymo interpretatur Consolator, dat consolationem populo de captivitate in Assyriis. De eo scribit Martyrol. Roman. die Decembris: Nabum Propheta in Bergabar quiescens, quæ reputatur patria sua. De eo multa scribunt Joseph de Antiquitate lib. 9. cap. 11. D. Epiphanius de vita Prophet. cap. 17. D. Hieronym. Præmio in Nabum. D. Dorotheus in Synopsi, circa annum mundi 3315. ante Christum 738. Salian. n. 19. & 20.

Octavus est Habacuc, cujus nomen ex radice Hebræa, idem est ac lactator, seu amplexator; de quo pro magna ejus laude ait Divus Hieronymus in Prologo Galeato. Habacuc lactator fortis, & rigidus, super custodiam suam, & figit gradum super munitionem suam, ut Christum in cruce contempletur: opernit calos gloria ejus, & laudis ejus plena est terra: Splendor ejus ut lux erit, cornua in manibus ejus; ibi abscondita est fortitudo ejus. Et quamvis aliqui dicant, quod est ille, qui detulit panes ad Danielem in lacum, alius tamen est diversus

ab eo, licet ejusdem nominis, ut tenent Genebrardus in Chronolog. Ribeira, Sanchez, Cornel. Martyrol. Romanum simul cum Michæa Propheta die 15. Januarij, ut dixi supra Menolog. Græcorum eos dividit. Habacuc celebrat die 2. Novembris, Michæam die 24. Januarij. Floruit anno mundi 3277. ante Christum 727.

Nonus Sophonias, de quo ait Divus Hieronymus in Prologo. Nomen Sophonia alij speculum, alij arcanam Domini transfulerunt. Sive specula igitur, sive absconditum Domini interpretetur, utrumque Propheta convenit. Ipse ergo Propheta, qui erat in specula, & in sublimibus constitutus enarcat Domini mysteria. De eo multa scribunt D. Epiphanius, D. Dorotheus, D. Isidorus in vita Sophonia. Prophetavit tempore Hieremiæ; destruxit excelsa, & idola; Jerusalem rediit ad adorationem, & cultum veri Dei, eumque Sanctorum Catalogo adscribit Martyrol. Roman. die 3. Decembris, & eodem die habetur in Menologio Græcorum anno mundi 3395. ante Christum 659. Salianus num. 4.

Decimus est Aggeus, de quo sic scribit Divus Hieronymus ad Paulinum. Aggeus festivus, & latus, qui seminavit in lachrymis, ut in gaudio meteret, destructum templum adificat, Deum Patrem inducit loquentem, adhuc modicum, & commovebo calum, & terram, mare, & aridam, & movebo omnes, & veniet desideratus cunctis gentibus; nempe Christus Iesus verus Messias natus ex Maria Virgine, qui suo sacratissimo adventu, magnum diem festivum dedit, ac intulit universo mundo. Inde Angelos Pastoribus decantavit: Annuntio vobis gaudium magnum, quia natus est vobis Salvator. Aggeum Prophetam annumerat Martyrologium Romanum inter Sanctos die 4. Julij. Prophetavit anno mundi 3431. ante Christum natum 519.

Undecimus est Zacharias, & juxta Divum Hieronymum, Epiphanius, Dorotheum, Isidorum rectè docetur, quod Zacharias optimo jure memoria Domini dicitur, quia omnia mirabilia quæ Deus per Prophetas sparsim prædixerat, in hoc uno urpote penultimo Prophetarum, tanquam memoriam sibi fecit, ac recapitulavit, ut notum fiat omnibus, quod Deus sibi ipsi memoria est suorum mirabilium. An verò iste sit Zacharias, de quo Christus loquitur in Evangel. 23. Matth. 23. num. 35. ex multis rationibus pars negativa est probabilior utpote communior apud Sanctos Patres, ut dixi tom. 4. cap. 4. d. 9. per totum. De eo facit mentionem Martyrologium Romanum die 6. Septembris. Aggeus, & Zacharias ceperunt prophetare anno mundi 3431. ante Christi nativitatem 519.

Duodecimus Malachias, & quisnam esset? longa quæstio. Origenes existimat esse Angelum corpore humano, quod aperte refutat Divus Hieronymus. Alii dixerunt esse Esdræ, quod ex computatione temporum clare rejiciunt Commentatores. Fuit ergo quædam persona humana, & ultimus Prophetarum

Genebrard. Ribeira. Sanchez. Cornel. Martyrol. D. Hieron. D. Epiph. D. Dorotheus. D. Isidor. Martyrol. Luc. 2. Martyrol. Matth. 23. Martyrol. Martyrol.